

1205.
m. 1⁴ cont. sint apud Lond', scilicet a die sancti Michaelis in xv. dies etc.
Willemus ponit loco suo Robertum filium Ed' etc. Dies datus
est eis a die sancte Trinitatis in xv. dies ad audiendum judicium
suum.¹

Ber'.—Frater Robertus de Waia stornatus prioris Jerosolim
petit versus Johannem filium Hugonis j. hidam terre et dimidiam
cum pertinenciis in Prestele ut jus Hospitalis Jerosolim : et
ipse venit et petit inde visum. Habeat. Dies datus est eis in
octabis sancti Johannis apud Lond' : et interim etc.

Devon'.—Episcopus Exoniensis summonitus fuit quod esset
coram rege ad habendum Petrum filium Pagani clericum ad
respondendum quo waranto tenet se in ecclesia de Shebar', que
est de donacione domini regis, ut dicitur : et ipse non venit vel
se essoniavit ; et summonicio testata fuit. Judicium. Attach-
etur quod sit in octabis sancti Johannis apud [Lo]nd'.

..... Gilbertus de Chalford' optulit se iij. die versus
Walterum filium Wilhelmi de placito terre in Eston' : et ipse
non venit vel se essoniavit ; et habuit diem per essoniatorem suum,
et fuit petens. Et ideo eas sine die : et Walterus [in] misericordia,
et plegii ejus da prosequendo etc.

Bedeford'.—Ricardus de Rienhal' optulit se iij. die versus
Johannem de Sandon' de placito capiendi cirographum suum : et
ipse non venit vel se essoniavit ; et habuit diem in banco, et
fuit petens. Et ideo attachetur quod sit apud Lond' a die sancti
Michaelis in xv. dies etc.

No[r]humb[ia]'.—Dies datus est Godefrido Andegavensi et Willelmo
Burdun de placito audiendi judicium² suum de concordia facta
inter [eos a] die sancte Trinitatis in iij. septimanas.

Cumberl'.—Dies Roberto de Curten' et Alexandro de Kaude-
bec ad audiendum judicium suum a crastino sancti Barnabe
Apostoli in xv. die.

Norhumberl'.—Convenit inter Adam de Tingdal' tenentem
et Elias de Ormondon³ petentem de ij. carucatis de
Alrewas, scilicet quod predictus Elias quietam clamavit ei
terram illam et Adam concessit j. carucatam terre . . . , scilicet
terram cum pertinenciis Gilberti Michel', et quod ei defuerit de
. . . ipsi . . . Michel' nec de . . . tenendum sibi et heredibus
suis ; ac ipse Adam ei dedit j. marcam

Buking'.—Loquela inter Hugonem de Saleford' et Roeisiam
de Verdun de terra de Wilie, heres Nicolaus de Verdun

¹ The last sentence is added in the margin.

² The two preceding words are written above the words capiendi cirographum,
which have been cancelled.

³ The reading of this name is uncertain.

m. 1d cont. 1205. est et warantus ejus esse debet, remanet sine die, quamdiu idem Nicolaus [sit] in servicio domini regis ultra mare, per preceptum domini regis.

[*Linc'p.*].—Willelmus Picot, summonitus adesse coram domino rege ostensurus quare ipse impedit abbatem de Westmonasterio presentare ydoneam personam ad ecclesias de Torp' et de Dudentun, quarum presentacio pertinet ad ipsum abbatem, ut dicit, venit et dicit quod juste impedit eum, quia presentaciones . . . ut de illis ecclesiis quas avus suus Rogorus Picot dedit et Willelmus pater suus. Ad hoc respondit abbas per Willelmum atornatum suum quod presentavit ipse personam ad illas post quam²

. . . . [Assisa] venit recognitura quis advocatus tempore pacis [presentavit] ultimam personam, que mortua est, ad ecclesiam de , cuius advocationem Radulfus de E eis clamat se essoniavit die et habuit diem per essoniatorem suum in crastino sancte Trinitatis; et tunc non venit; set vicecomes Suht' literas per quas justiciariis quod ipse ad xv. dies post festum sancte Trinitatis Juratores dicunt advunculus predicti Radulfi presentavit ultimam personam carta. Judicium. . . . licenciam³

m. 2.

Placita in xv. dies post festum sancte Trinitatis.

Kent.—Beatrix uxor Alani de Winchelse ponit loco suo Alanum virum suum versus Hugonem de Tenterden' et Henricum de Leden' et Robertum et Thomam et Thebbaldum de Hope de placito assise mortis antecessoris etc.

Kent.—Amicia comitissa de Clar' ponit loco suo Philippum de Hardres versus archiepiscopum Cantuariensem de placito custodie etc.

Somerset'.—Vicecomes significavit quod cepit in manum domini regis die Veneris proxima ante Pentecosten j. virgatam terre cum pertinentiis in Cumbe pro defalta Petri de Cumbe versus Willelmum de Sine Fide.

Buk'.—Loquela inter Willelmum Basset et Aliciam uxorein ejus petentes et Radulfum de Puteham tenentem de placito terre ponitur in respectum usque in xv. dies post festum sancti Michaelis, quia idem Radulfus est in servitio domini regis in castello de Dovre. Per G. filium Petri.

¹ See p. 45.

² The parchment has worn so thin and has been so much rubbed that only one or two isolated words can be read in the next eleven lines of the text, which are here omitted.

³ The words *Abbr: 1021* are on the margin at the foot of the membrane.

1205.

m. 2 cont.

Glouc'.—Hugo Pincerna petit versus Hugonem de Bileham ij. bovatas terre in Scalcebi sicut jus suum : et Hugo venit et dicit quod non tenet terram illam in dominico, quia quidam Willelmus filius Reginaldi tenet j. illarum bovatarum de eo in feodo et alteram bovatam tenet ipse ad firmam ad terminum de Gilleberto filio Roberti de Scauceby : et Hugo Pincerna hoc non contradicit. Unde sine die.

Susex'.—Hugo de Lundreford' Simon de Sumery Nicolaus de Wancy Radulfus de Graftham, summoniti ad eligendum xij. ad faciendum magnum assisam inter Reginaldum de Clifton' potentem et Ricardum filium Radulfi tenentem de v. hidia terre cum pertinentiis in Litlinton' et de iii. hidis terre cum pertinentiis in Pipering', unde^e idem Ricardus, qui tenens est, majus jus habeat in predicta terra per finem factum inter Willelmum filium Radulfi fratrem ipsius Ricardi et Lucianam matrem ipsius Reginaldi in curia domini regis an ipse Reginaldus, venerunt et elegerunt Willelmum de Bodiham Walcrimum de Muncell' Hugonem de Lundreford' Johanne de Norhie Willelmum de Burton' Radulfum Filioll' Reginaldum de Trussanvill' Hugonem Esturmi Radulfum de Stopeham Philippum Tresgoz Robertum de Essinton' Willelmum de Lancinges Willelmum de Offinton' Wmfrid' Fresteng Nicolaum de Wancy Radulfum de Graftham. Dies datus est eis in xv. dies post festum sancti Michaelis.

Norf'.—Assisa ultime presentationis ecclesie de Hakeford' inter Willelinum filium Rogeri de Hengham potentem et Radulfum Malherbe impedimentem ponitur in respectum sine die, quia dominus rex precepit per litteras suas patentes quod Radulfus pacem habeat de omnibus placitis et querelis quamdiu ipse fuerit ultra mare in servicio domini regis cum equis et armis ; et nuncius ipsius Radulfi habet breve domini regis inde penes se.

Kent.—Dies datus est abbati de Langeton' et Stephano de Poulton' de placito audiendi judicii sui de assisa ultime presentationis ecclesie de Liedon' a die sancti Michaelis in xv. dies. Abbas ponit loco suo Walterum concanonicum suum.

Susex'.—Agnes de Gundevill' dat dimidiā marcam pro licencia concordandi cum Willelmo Turpin de feodo j. militis in Strehamton'.

Linc'.—Emma Belet ponit loco suo Willelinum Clericum versus Roheisiam que fuit uxor Hugonis Scotti de placito dotis ; et amovit Michaelem Belet, quem prius posuerat.

Norf'.—Eadem Emma ponit loco suo eundem Willelinum versus Thomam de Ingaldstorp et Rogerum de Scal' de placito telonii, et amovit Reginaldum Taillebois, quem prius posuerat, et versus Aliciam de Oirri de placito dotis.

¹ Rectius *Ebor'*. See Vol. III, pp. 285, 304, 346.
² Rectius *utrum*.

1205.
m. 2 cont.

Linc'.—Duellum invadiatum inter Gaufridum Brittonem appellantem et Radulfum filium Briani defendantem de pace domini regis remanet sine die per preceptum domini regis, qui precipit quod illud remanet quia ipse Radulfus est in servicio suo cum equis et armis.

Dominus rex significavit quod episcopus Londoniensis posuit coram eo magistrum Willelmum de Poterne versus priorem Sancte Trinitatis Eboraci et decanum de Tiverton' et Willelmum Talebot et Willelmum filium Benedicti de Colecest' et Ricardum de Poltedon' de placito presentacionis ecclesie de Neuton' et de placito terre in Bursted¹ et de soka de Ecclecestr' et de advocatione ecclesie de Peltedon' etc.

Johannes Dei gracia rex Anglie etc. justiciariis etc. salutem. Ponite in respectum omnes loquelas que pertinent ad dominum Londonensem per Mauricium de Gant, qui est in custodia sua, donec idem episcopus reddeat (*sic*) de nuncio nostro de Scocia, quo eum missimus (*sic*). Teste me ipso apud Porecestr' j. die Junii.

Kent.—Dies datus est magistro Willelmo de Neketon' atornato loco domini Cantuariensis et Phillipo de Hardres, posito loco comitis de Clare, de placito custodie in octabib sancti Michaelis prece parcium.

Leic'.—Loquela de placito terre inter Robertum de Edenham atornatum Gunnore de Gant et atornatum Nicolai de Stutevill' et Henrici Norrensis et Mauric' de Gant ponitur in respectum usque in xv. dies post festum sancti Michaelis per breve domini regis.

Surr'.—Willelmus de Brademere, qui tulit assisam nove dissaisine versus Walterum de Abernun, retraxit se et posuit se in misericordia: et Walterus recedit quietus.

Derby.—Willelmus abbas de Burton' ponit loco suo Willelmum de Baioc' versus Nicolaum de Walington' de placito servitii etc.

Derby.—Loquela inter Robertum de Salceto petentem et Agnetem de Eston' de iiiij. solidis et iij. denariis redditus in Rullesle, quam tenet in maritagium, unde ipsa Agnes vocavit ad warantum Robertum filium Willelmi, qui infra etatem est, remanet sine die quoque ipse etatem habeat.

Sumerset'.—Johannes Dei gratia etc. justiciariis etc. Sciatis quod concedimus concordiam fieri inter Valterum de Rumescie et Ricardum filium Willelmi de iij. hidis terre cum pertinenciis in Akele et Cilterne.

¹ This name is written after the name *Altorn* which has been cancelled.

1206.

m. 5d cont.

Osbertus Giffard' et Walterus de Birketorp' et Willelmus Canis non venerunt vel se essoniaverunt; et preceptum fuit quod vicecomes atachiaret, et non misit breve vel nomina plegiorum. Ideo ponat eos per plegios quod sint ad eundem terminum etc.; et tunc respondeat de primis plegiis; et summoneat unum militem loco Johannis de Hacebi, qui amotus est.

Sudh'.—Assisa nove dissaisine inter Willelum filium Henrici querentem et Johannem de Curton' et Ricardum de Bere de libero tenemento suo in Berle ponitur in respectum usque in octabas sancte Trinitatis pro defectu recognitorum, quia nullus recognitor venit vel se essoniavit preter Walterum filium Pagani, qui se essoniavit.

Lanc'.—Dies datus est Stephano de Hamerton' per Thomam atornatum suum et Hugoni de Mitton' de placito audiendi electionem iiii. militem ad faciendam magnam assisam in adventum justiciariorum: et Stephanus habeat breve ad vicecomitem Ebor' quod faciat summoneri ij. milites de comitatu de Ebor' quod sint in adventu justiciariorum, et ij. milites sumoneantur de Lancastre, ad eligendum vj. milites de comitatu de Ebor' et vj. de comitatu de Lancastr' ad faciendam predictam magnam assisam.

Leic'.—Alanus filius Radulfi per Simonem fratrem suum atornatum suum petit versus Simonem Clericum dimidiam virgatam et quartam partem unius virgate terre cum pertinentiis in Westerbi: et ipse petiit alias visum terre, et non habuit. Ideo habeat visum. Dies est in octabis sancte Trinitatis.

Leic'.—Idem Alanus petit versus Anketillum filium Tholi dimidiam virgatam et quartam partem unius virgate terre cum pertinentiis in Westerbi: et ipse petit visum terre. Habeat. Dies est in octabis sancte Trinitatis etc. Simon et Anketillus ponunt loco suo Thomam filium Rogeri etc.

Midd'.—Dies datus est Willelmo de Herlaue et Willelmo Parvo et Ricardo Alto et Aceline uxori sue de placito warantie carte Dominica ante Ascensionem prece partium. Willelmus de Herlaue ponit loco suo Nicolaum filium Gervasii etc.

Hertford'.—Walterus de Gianay, versus quem Gilbertus filius Elie tulit assisam nove disseisine de libero tenemento suo in Peneshangr', venit et congnovit disseisinam; et ponit se in misericordia.

Ebor'.—Dies datus est Willelmo de Bilton' et Willelmo Canonico atornato abbatis de Torinton' de capiendo cirographo suo in octabis sancte Trinitatis: et interim fiat particio terrarum, scilicet iiii. bovatarum cum pertinentiis.

1206.
m. 6d cont.

Essex'.—Dies datus est atornato Rogeri de Toeny et priori
Sancte Trinitatis Lond' ad audiendum judicium suum Dominica
ante Ascensionem.

Linc'.—Dies datus est Elie Grim per Henricum Camerarium
atornatum suum et Malger le Travalo de placito audiendi
judicium a dic sancti Michaelis in xv. dies.

Essex'.—Dies datus est Willelmo de Buck' atornato domini
Londoniensis episcopi et Willelmo Capellano de Colec' de placito
magne assise de j. soka cum pertinenciis in Colec', unde idem
Willelmus Capellanus posuit se in magnam assisam domini
regis et petit recognicionem fiori utrum majus jus habeat tenendi
de episcopo an episcopus in dominico, in octabis sancte Trinitatis.
Et tunc veniant iiii. milites ad eligendum xij. etc.

Norf'.—Adam Tuneir' et God' uxor ejus et Walterus de
Dershamb et Matillis uxor ejus ponunt loco suo Ricardum Cocum
versus Willelum filium Roberti de placito terre ad lucrandum
etc.¹

De mense post Pascha.

Norf'.—Adam Clericus de Dalling' dat dimidiati marcam
pro habenda concordia cum Rogero de Dalling' de xxij. acris
terre in Dalling', unde prius finis factus fuit inter eos, per plevinam
eiusdem Rogeri.

Suff'.—Amicia comitissa de Clar' ponit loco suo Eudonem
Clericum vel Philippum de Hardres versus priorissam de Eton'
de placito assise ultime presentationis ecclesie etc.

Ozon'.—Thomas de Canvill' ponit loco suo versus Willelum
filium Odonis Simonem Camerarium de placito terre etc.

Suff'.—Assisa venit recognitura quis advocatus tempore
pacis presentavit ultimam personam, que mortua est, ad ecclesiam
Sancti Gregorii de Sudbir', cuius advocationem comitissa de
Clar' dicit ad se pertinere et quam clamat versus priorissam de
Eton' : que venit et dicit quod Willelmus quandam comes Glouc'
pater predicte comitisse dedit ecclesiam illam ecclesie suo de Eton'
et monialibus ibidem Deo servientibus in perpetuam elemosinam ;
et profert cartam ejus, que idem testatur, et profert con-
firmacionem regis Henrici secundi, et profert cartam quandam
W. quandam episcopi Norwicensis, in qua continetur ipsum
concessisse et dedisse monialibus de Eton' que sunt de ordine
Fontis Ebruli ecclesiam Sancti Gregorii de Sudbir' cum capella
Sancti Petri et aliis pertinentiis in liberis terris et decimis et
quibuslibet aliis pertinentiis et eas inde investivit ; ostendit

¹ The next entry on the roll, relating to Oxfordshire, is repeated below in
a more complete form, and is here omitted.

1206.

m. 54 cont. etiam cartam T. quondam archiepiscopi Cantuariensis confirmantem eisdem monialibus predictam ecclesiam Sancti Gregorii ex dono Wilhelmi comitis Gloverne. Priorissa ponit loco suo Simonem priorem de Eton' vel fratrem Willemum inde etc. Dies datus est eis in xv. dies post festum sancte Trinitatis, salvo responso comitisse, [si inde] loqui voluerit: et recognitores remaneant quousque etc. Loquendum.¹

Kent.—Assisa venit recognitura si Rogerus de Langeford' pater Rogeri saisisitus fuit in dominico suo ut de feodo de feodo dimidii militis in Poniton' die qua obiit etc., quam terram Gillebertus de Kenetewell' tenet: qui venit et dicit quod Baldewinus Filio ei dedit terram illam, et vocat inde eum ad warantum. Dies datus est eis in xv. dies post festum sancte Trinitatis. Et petit auxilium curie: et habeat, salvo responso versus juratores, qui positi sunt per ballivum hundredi, cuius filiam idem Rogerus habet in uxore, ut dicatur. Idem dies datus iij. recognitoribus qui venerunt et aliis per essoniatores suos.

Buck'.—Ansoldus Biset, qui se essoniavit de malo lecti versus Willelmum de Cirinton' de placito terre, mandavit quod non fuit visus et pecuit licenciam veniendi ad curiam: et habuit.

Suff'.—Assisa nove disseisine inter Thomam de Gedding' querentem et Rogerum de Ratlesden' et Johannem de Maneston' disseisitores de libero tenemento ipsius Thome in Gedding' ponitur in respectum usque in octabas sancte Trinitatis pro defectu cognitorum, quia nullus eorum venit vel se essoniavit. Ideo atachientur quod sint ad eundem terminum etc.

Placita de termino Pasche et anno septimo incipiente².

m. 6.

Secundus rotulus de mense.

Essex'. Salop'. Warr'.—Dies datus est Ernulfo de Edon' et Cecille uxori ejus tenentibus et Ricardo de Essex' et Johanne uxori ejus petentibus de placito medietatis iij. carucatarum terre cum pertinenciis in Marcemeleg' et de medietate ij. carucatarum terre cum pertinenciis in Prested' et in Clakinton' et de medietate j. carucate terre cum pertinenciis in Mereton' a die sancte Trinitatis in xv. dies apud Lond' prece parcium. Et Johanna ponit loco suo Ricardum virum suum etc.; et Cecilia ponit inde loco suo Philippum filium Simonis ad lucrandum vel perdendum etc.

Suff'.—Alexander de Welnetham optulit se iij. die versus Willelmum filium Roberti de placito waranti carte de dimidia carucata terre cum pertinenciis in Welnetham: et ipse non venit vel se essoniavit etc. Atachientur quod sit apud Lond' in xv. dies post festum sancte Trinitatis etc.

¹ This word is in the margin.

² Rectius *et octavo incipiente*. See p. 113 and p. 152.

1206.
m. 6 cont.

Kent.—Dominus G. mandavit justiciariis per Ricardum Duket quod Gervasius de Besevill' et Willelmus frater ejus posuerunt loco suo Johannem de Besevill' fratrem suum vel Walterum filium Willelmi versus Rogerum et Ricardum fratres de placito terre etc.

Suff'.—Abbas de Colec' ponit loco suo Johannem monachum suum versus Ricardum de Ikeworth' de placito homagii etc.

Dominica proxima ante Ascensionem.

Norh'.—Ricardus de Daus Robertus filius Radulfi Willelmus Camerarius Rogerus de Acle, missi ad audiendum quem Simon de Den versus Henricum Sumer ponceret loco suo, dicunt quod posuit loco suo Aliciam uxorem suam vel Petrum filium suum de placito warantie carte.

Oxon'.—Abbas de Sancto Augustino de Bristold' ponit loco suo ad lucrandum etc. fratrem Willelmum vel Osbertum de Fineberg' versus Olivam de Finemere de placito dotis etc.

Oxon'.—Dies datus est Willelmo Selvein et Ricardo Foliot ad convincendum xij. juratores qui fecerunt magnam assisam inter eos de j. hida terre cum pertinentiis in Caundewell' per xxiiij. milites a die sancte Trinitatis in xv. dies pro defectu recognitorum, quia Paganus de Chedelinton' Walterus de Chedelinton' Ricardus Morin Matheus de Bikestrop' Petrus de Bixle Rullandus Husearl' Robertus de Harpenden' Ricardus filius Nigelli non venerunt vel se essoniaverunt; et debuerunt atachiari, et vicecomes non misit breve de atachiamento. Unde preceptum est vicecomiti quod habeat corpora eorum, quia multas fecerunt defaltas. Idem dies datus est Roberto de Eston' Roberto de Sevekeworth' (per Edwardum)¹ et Roberto de Pidele Willelmo de Berton' (per Willelmum)¹ Willelmo Bacun Willelmo de Greinvill' Alexandro de Melecumbe Roberto Aumar' Roberto de Marn Otueli de Insula Willelmo de Kaineto Alejandro de Cumbe Johann de Brocton' Avenello Pincerne Radulfo filio Gaufridi Rogero de Oilli in banco et Hugoni de Wichthull' per essoniatorem suum etc.

Norf'.—Assisa venit recognitura si Hugo de Polated' injuste et sine judicio dissaisivit Willelum de Gimingham de libero tenemento suo in Burnham infra assisam. Juratores dicunt quod non dissaisivit eum. Judicium. Willelmus in misericordia pro falso clamo.

Oxon'.—Jurata venit recognitura si Willelmus filius Gaufridi habuit alium ingressum vel aliud jus in j. carucata terre cum pertinentiis in Pilsedis nisi occasione custodie Gaufridi filii Ricardi, qui infra etatem est: et pro defectu recognitorum ponitur in respectum usque in xv. dies post festum Trinitatis:

¹ The words in brackets are written in the roll above the names they here follow.

1206.

n*n. 11 cont.*

Suff'.—Dies datus est priorisse de Eton' per Simonem atornatum suum et comitissam de Clar' per Philippum de Hardr' de placito audiendi judicium suum de assisa ultime presentationis ecclesie de Sancto Gregorio de Subir' in octabis sancti Johannis prece partium.

Berk'.—Willelmus de Biskel' atornatus Ginde uxoris sue petit versus Gunnoram de Windsor' xliij. acres terre cum pertinentiis in Horton' sicut dotem suam et unde Walterus de Windsor' eam dotavit simul cum alia terra unde eam dotavit die qua eam desponsavit; et inde producit etc.; Gunnora venit et dicit quod Walterus vir ejus die que eam desponsavit non fuit sisitus inde, nisi solummodo de servitio; et inde ponit se super legalem juratam patrie. Concordati sunt.¹

Oxon'.—Baldewinus de Toeny per Henricum de Bona Villa atornatum suum et Adam de Gersindon' tenens concordati sunt de j. virgata terre et de iiij. acris in Gersindon', unde idem Baldewinus tulit assisam, ita quod idem Adam quietum ei clamatuit totum jus quod habuit in eadem terra, salvis eidem Ade fructibus locis illius terre tam in bladis et pratis quam in aliis fructibus et pascuis eidem terre pertinentibus, ita tamen quod novalia remanent Baldewino.

Willelmus de Leuekenor reddit eidem Baldewino dimidiam virgatam terre cum pertinentiis in Gersindon' simili modo.

m. 11d.

Bed'.—Assisa mortis antecessoris inter Henricum filium Hervici potenterem et Willelum Sermocinatorem qui vocavit ad warantum Adam de Portu de dimidia virgata terre cum pertinentiis in Wrestlingewrth' remanet, quia est vilenagium ipsius Ade. Querat breve versus Adam si voluerit. Henricus in misericordia quia tulit assisam versus villanum.

Norf'.—Radulfus de Trublevill' ponit loco suo Simonem de Beivenill' versus archidiaconum Wigornensem et magistrum Michaelem de ultima presentatione capelle de Topecroft.

Essex'.—Comes Albricus, quem abbas de Abendon' vocavit ad warantum, ponit loco suo Reginaldum Ferratorem versus Herbertum filium Ananii de placito assise; et amovit Robertum de Wel', quem prius posuerat.

Essex'. *Norf'.*—Dies datus est comiti Albrico et abbatisse de Cadamo de placito manerii de Horsted' et de Felsted' in j. mensem post festum sancti Michaelis prece partium. Abbatissa ponit loco suo Thomam de Vein etc.

Essex'.—Dies datus est atornato Rogeri de Toeni et priori Sancte Trinitatis Lond' in octabis sancti Michaelis apud Lond' prece partium de assisa nove dissaisine et de placito decimarum feni et pisciariorum et molendini ville de Welcumstowe, ita

¹ This sentence is added in the margin.

m. 11d cont. 1206. quod predicta omnia sint in equa manu et in bona pace usque ad illum terminum et custodiantur salvo quounque finis inde fiat inter eos. Prior ponit loco suo Edwardum canonicum suum.

Suff'.—Gillebertus episcopus Roffensis per Adam atornatum suum petit versus Philippum de Girunde et Rosamundam sexties xx. acras terre et iiii. acras terre cum pertinentiis in Frekeham sicut jus ecclesie sue : et ipsi petunt visum terre. Habeant. Dies est in octabia sancti Johannis. Philippus et Rosamunda ponunt loco suo Thomam de Den' et Nicolaum Harendot.

Lancastr'.—Dies datus est Johanni Bocointe, atornato Willelmi de Sancto Johanne, et Rogero de Munbugun de placito terre in j. mensem post festum sancti Michaelis. Et preceptum est quod Oliva uxor ejusdem Rogeri, que se essoniaverat de malo lecti et cui languor adjudicatus fuit, licenter veniat ad illum diem inde responsura apud Westmonasterium etc.

Oxon'.—Jurata ad convincendum xij. per xxiiij. milites qui fecerunt magnam assisam inter Willelum Selvein et Ricardum Foliot' de j. hida terre cum pertinentiis in Caudewell' ponitur in respectam usque die Lune post festum sancti Johannis apud Norh' pro defectu juratorum, quia Paganus de Chedelinton' et Walterus de Chelinton' et Ricardus Morin Matheus de Bikestrop Robertus de Sevekeworth' Johannes de Broton' Hugo de Wecthull' non venerunt vel se essoniaverunt ; et preceptum fuit vicecomiti quod haberet corpora eorum, et non habuit. Unde preceptum est vicecomiti quod tunc habeat corpora eorum et sit auditurus judicium suum inde etc. Idem dies datus est Petro de Bixle Rolando Huscarl Roberto de Harpendun Ricardo filio Nigelli Roberto de Eston' Willelmo de Berton' Willelmo Bacun Roberto de Pisele Roberto de Stanford' Willelmo de Greinvill' Alejandro de Melecumbe Roberto de Almari Roberto de Mara Otueli de Insula Willelmo de Kaineto Alejandro de Cumha Radulfo filio Gaufridi Rogero de Oilli Hugoni de Wictuhull' in banco. Et vicecomes loco Avenelli Pincerne ponat alium, quia mortuus est.

Norf'.—Assisa venit recognitura si Hubertus pater Ricardi sisitus fuit in dominico suo ut de feodo de xvij. acris terre cum pertinentiis in Snetesham die qua iter arripuit versus Jerosolini etc., quam terram Robertus de Snetesham tenet : qui venit et concessit assisam. Et posita fuit in octabis sancti Johannis pro defectu recognitorum, quia nullus eorum venit etc. Attingentur. Ricardus ponit loco suo Johannem de Glanvill' etc. Postea venerunt et concordati sunt ita quod Robertus quietam olamavit totam terram et Ricardus dedit ei iij. marcas et blados illius terre de hoc anno.

Surr'.—Johannes Marescallus per Radulfum atornatum suum petit versus Christianam Pinget et versus Rogerum virum